Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meus inimicos meos ⁊ insurgentibus in me malignantibus audiet aures tuas. Iustus ut palma florebit ⁊ sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantatus in domo domini in atrio domus dei nri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senectute uberi ⁊ bñ patientes erunt ut annuntient Quoniam rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo

Dominus regnauit decorem indutus est. indutus est dominus fortitudinem ⁊ precinxit se. Et enim firmauit orbem terre qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc a seculo tu es. Leuauerunt flumina domine. eleuauerunt flumina vocem suam. Leuauerunt flumina fluctus suos a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

Deus ultionum dominus deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram redde retributionem superbis. Vsque quo peccatores domine usque quo peccatores glorabuntur. Effabuntur ⁊ loquentur iniquitatem loquentur omnes qui operantur ~~iniquitatem~~ in iustitiam. Populum tuum domine humiliauerunt ⁊ hereditatem tuam

uexauerunt. Viduam ⁊ aduenam interfecerunt ⁊ pupillos occiderunt. Et dixerunt non inspiciet dominus. nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo ⁊ stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem audiet aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum quoniam uane sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine ⁊ de lege tua doceris eum. Vt mitigeres ei a diebus malis donec fodeatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam ⁊ hereditatem suam non derelinquet. Quoniam usque iustitia conuertetur in iudicium ⁊ qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes. aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus. misericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. consolationes tue letificauerunt animam meam. Numquid adherebit tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in precepto. Aperabant in animam iusti ⁊ sanguinem innocentem condempnabant. Et factus est mihi dominus in refugium ⁊ deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum ⁊ in malitia